



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis || Slotani || Geffensis, Sacrae || Theologiae
Profes-||soris, De retinenda fide orthodo-||xa & catholica
aduersus hæ-||reses & sectas, & præci-||puè
Lutherana[m], Li-||bri nouem.||**

Slotan, Johann

Coloniae, 1560

VD16 S 6745

Capvt VIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29875

E F.
qui accu-
ei nostri
um pro-
er verbū
runt ani-
ropterea
is in eis.
it diabo-
m, sciens
. Et post-
tus esset
rem, que
nt mulie-
olaret in
i alitur p
um tem-
erpens ex
n tanquā
lumine.
uit terra
quod mi-
est draco
prælium
custodi
timoniū
a senten-
tiam

DE VERBI DEI VIRT. 238

tiam & expositionem Ruperti Abbatis
Tuitiensis viri vnde cunq; doctissimi in
stituto nostro optimè conueniunt, &
conuenienter aptantur

CAPVT VIII.

NAm quid per cœlum, nisi ecclesia <sup>Cœlum si-
gnificat Ecclesiam</sup> significatur, quæ terra longè
altior, terrenis hominibus & terram sa-
pientibus longè superior in cœlo con-
uersatioem habet. In hoc cœlo fa-
ctum est prælium magnum, quia Mi-
chael et angeli eius præliabantur cum
dracone. Sed quomodo draco, hoc est,
diabolus erat vel pugnabat in hoc cœ-
lo? In cœlo nimirum erat arbitratus, **Ezai. 19.**
videbaturque sibi similis altissimo,
quum exhiberetur ei quasi diuina re-
ligio, & à misericordiis gentibus (quas
seduxerat) coleretur pro Deo. Ita-
que & ipse pugnabat quasi in cœlo, dum
contenderet haberi pro cœlesti Deo.
Proptereanemo ferè qui nesciat, draco
nem istum in aere vagari, et permis-
sam usque ad tempus iudicij exercere
potestatem ipsumque aerem usitato in **Psal. 6.**
scripturis more, cœlum dici ut illic:

h 4. Volu.

IOANN. SLOT. GEF.

Psal 8.

Ephe. 6

Volucres cœli et pisces maris. In isto cœlo, id est, in aëre, nos quoque vsque hodie contra illum pugnam habemus, sicut & Apostolus ad Ephesios scribens loquitur: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus et potestates et rectores mundi tenebrarum harū, aduersus spiritualia nequitiæ in cœlestibus. Sunt ergo spiritualia ista nequitiæ, scilicet draco iste et angeli eius, in cœlestibus, vbi sidera disposita effulgent, et sancti angeli commorantur, non in illa superiori tranquillitate cœlestium, habitant isti nequissimi spiritus contra quos nobis colluctatio spiritualis indicitur, ut de uictis malis, illo præmio perfruamur, quo angelis bonis incorrupta æternitate sociemur, sed in huius aëris infimi caliginoso habitaculo, vbi et nebula congregatur. Et tamen scriptum est, quod cooperit cœlum nubibus, vbi et aues non volitant, et tamē dicuntur volatilia cœli. Igitur et iuxta literam sic rectè intelligitur, quod prælium imaginarium in isto cœlo, id est, aëre, Ioannes fie-

ri vi-

DE
fieri vide
lij, quo d
dibus ho
eijci, cui
mittatur
cum ang
iunctum
locus eo
lo. In cœ
est spirit
regrinat
ere isto,
dus iter
magni

S Ed i
mu
præliab
gnabat
bus arm
in illa v
materi
deri po
geli su
tus, co
non in

DE VERBI DEI VIRT. 239

fieri viderit, in significationē eius prælij, quo de templis et aris, imò et de coribus hominum, diabolus iam cœperat ejici, cuius videlicet prælij finis erit, vt mittatur in ignem æternum draco iste cum angelis suis, atq; ita fiat quod subiunctum est: Et non valuerunt, neque locus eorum inuentus est amplius in cęlo. In cælo (inquam) non tantū , qđ est spiritalis vel cælestis fideliū hic peregrinantium cōuersatio , sed nec in aëre isto, in quēm detrusus est, detrudēdus iterum in tartarum , illo iudicij die magno et tremendo.

CAPVT IX.

Sed iam verba ipsa ordine prosequa
mur. Michael (inquit) et angeli eius
prælibabantur cum dracone, et draco pu-
gnabat et angeli eius. Quibus vel quali-
bus armis acies illæ vtuntur? Et quidem
in illa visione Ioannis huius armorum
materialium quasdam similitudines vi-
deri potuisse non dubitamus, sed an- **Angelcrū**
geli siue boni siue mali, cum sint spiri- **malorum**
tus, corporali siue materiali armatura **armaturæ**
non induuntur. Attamen draco ille,

h 5 quod